

40. Qui. TEST. TUT. DARE Pos.  
mentarium dōvoluta est , subjicitur evidens di-  
stinctio, quod , si quidem ejusmodi tutor remo-  
tus vel excusatus fuerit , non succedat ei legiti-  
mus : d. l. II. §. I. & 2. ac benē, si decesserit : d. l.  
II. §. 3. nisi cum plures essent testamento dati ,  
unus vel alter tamen decesserit ; tunc enim in de-  
functi cuiusque locum aliis à magistratu dan-  
dus esset : d. l. II. §. ult.

## LI.

*Num in casu , quo quis pupilli prospecturus  
tutorem quidem testamento non dedit : sed  
tamen, ne legitimus tutor fieret, prohibuit,  
posthabito legitimo, aliis quis à magi-  
stratu fit dandus ?*

**A**ffirmativam sententiam suadet , quod ver-  
bis legis 12. tabularum , uti quisque legasset ,  
&c. latissima potestas tributa sit etiam tutelas  
constituendi : l. verbis legis. 120. de V. S. Quæ  
cum nec alibi legatur coangustata, meritò etiam  
ejusmodi defuncti voluntas observanda fuerit :  
l. præcipimus. 32. §. ult. C. de appellat. nec contra  
eam agnatus , ei fortè suspectus , ad tutelam ad-  
mittendus. fac. etiam Nov. 118. c. 5. ibi , defuncti  
namq; voluntatem & electionem præponi volumus.

## LII.

*An & quatenus Deportatis , quorum jus  
Iustinianum meminit, recte comparentur  
hodierni ab Imperiopro-  
scripti?*

Cum